homo pro dimidia pugnatur insultu plerumque tamen locus suplet numerum et defectum ut reviviscat antiqua victoria per vestra victoriosa opera et successorem ostetur ad idem. Procedamus igitur in nomine ihu xpi et ne tantus sanguis aspergatur et ne fiat corporum tantus occasus et ne tantus interitus animarum rebelles et dicant ut obedire.

Cum autem placuisset omnibus sapientis oratio et omnes consumare propositum instantissime procurarent venere ——— viri discreti verba lacrimabiliter proponentes animos audientium moventia desistere a propositis et ostendentia fructuum qui ex pace procedunt duplices rationes personarum scilicet salvitatem divitiarum augmentum et propriorum corporum nerum cum libertate dominium. Proponebant